

Aduertencias para

anni Domini. 1579. vt est in literis Aposto-  
licis manuscriptis pag. 57. ¶ Hac facultate  
vti possunt Prouinciales, & ij, quibus ipsi e-  
am communicauerint. In iis tamen locis, in  
quibus fuerint Episcopi, nullus ea vtetur, ni-  
si Episcopi dispensare nolint: aut incommo-  
dum aliquod credatur euenturum, si ab eis hu-  
iusmodi dispensatio petatur. Hęc ibi. Hoc  
idem confirmauit Gregorius. 14. die 21. Sep-  
tembris, anni Domini. 1591.

¶ Circa has duas concessiones tria sunt  
aduertenda. Primum, q̄ Fratres Mendican-  
tes eisdem prorsus gaudent facultatibus &  
indultis. Secundum ex Patre Fratre Alfon-  
so à Veracrucce, & etiam ex Patribus Noreña  
& Focher, q̄ hęc omnia possunt Fratres Men-  
dicantes in Nouo Orbe absque istis limitatio-  
nibus, dñ modo ad id habeant à suis Superiori-  
bus Prouincialibus, Commissariis Generali-  
bus, vel Vicariis Prouincialibus auctori-  
tatem, vt patet ex Bulla Adriani 6. & aliorum  
Pontificũ, de quo verbo Dispensatio.  
Tertio notandum est, q̄ Leo. 10. concessit  
Fratribus Eremitarum Sancti Augustini per  
totum Orbem, vt in foro conscientie possint  
dispensare in primo gradu affinitatis tam in  
matri-